Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Quattuor Euangelia ussui lectionum missae adcommadata - Cod. Aug. perg. 207

Hieronymus, Sophronius Eusebius

[S.l.], [9. Jahrh.]

Breviarius Evangelii secundum Iohannem

urn:nbn:de:bsz:31-60784

Visual Library

&conterriti. Existimabant se spiritum uidere. Et dixit
eis. Quid turbati estis & cogitationes ascendunt in corda urā.
Uid&e manus meas & pedes. quia ipse ego sum. Palpate & uid&e.
quia spiritus carnem & ossa non hab&. sicut me uid&is habere.
Et cum hoc dixiss&. ostendit eis manus & pedes.

ī cccxli VIIII Io cccci
Adhuc autem illis non credentibus & mirantibus prae gaudio.
dixit. Hab&is hic aliquid quod manduc&ur. At illi optulerunt
ei partem piscis assi & fauum mellis. Et cum manducass&
coram eis. sumens reliquias dedit eis.

ī cccxlii X sat
Et dixit ad eos. Haec sunt uerba quae locutus sum ad uos. cum
adhuc essem uobiscum. Qm̄ necesse est impleri omnia quae
scripta sunt in lege mosi & proph&is & psalmis de me.
Tunc aperuit illis sensum ut intellegerent scripturas. Et dixit eis
Qm̄ sic scriptum est. & sic oportebat xp̄m pati. & resurgere a mor
tuis die tertia. Et praedicari in nomine eius poenitentiam.
Et remissionem peccatorum in omnes gentes. Incipientibus
ab hierosolyma. Uos autem estis testes horum. Et ego mitt
tam promissum patris mei in uos. Uos autem sed&e in ciui
tate quoadusque induamini uirtute ex alto. Eduxit autē
eos foras in b&haniam. Et eleuatis manibus suis benedixit eis.
Et factum est dum benedicer& illis. recessit ab eis & ferebatur

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

in caelum · Et ipsi adorantes regressi sunt in hierusalem
cum gaudio magno · Et erant semper in templo laudantes
& benedicentes dm̄ · AMEN ·

EVANGELIUM SECUNDUM LUCAM EXPLICIT ·

INCIPIT BREVIARIUS EVAN
GELII SEC̄ IOHANNEM ·

Hic est iohannes euangelista unus & discipulis dī · qui uirgo electus a dō est ·
quem de nuptiis uolentem nubere uocauit dš · cui uirginitatis in hoc duplex
testimonium in euangelio datur · quod & prae ceteris dilectus a dō dicitur ·
& huic matrem suam de cruce commendauit dn̄s · ut uirginem uirgo seruaret ·
Denique manifestans in euangelio quod erat ipse incorruptibilis uerbi opus
inchoans · solus uerbum carnem factum esse · nec lumen a tenebris cōprehen
sum fuisse testatur · Primum signum ponens · quod in nuptiis fecit dn̄s ·
ut ostendens quod erat ipse legentibus demonstraret · quod ubi dn̄s
inuitatus deficere nuptiarum uinum debeat · ut & ueteribus inmutatis
noua omnia quae a xp̄o instituuntur appareant · Hoc autem euange
lium scripsit in asia · postea quam in pathmos insula apocalipsin scripse
rat · Ut cui in principio canonis incorruptibile principium in genesi ·
& iam incorruptibilis finis per uirginem in apocalipsi redderetur · Dicente
xp̄o · Ego sum A & ω · & hic est iohannes qui sciens superuenisse diem
recessus sui · Conuocatis discipulis suis in epheso · per multa signorum

&perimenta promens xpm · descendens in defossum sepulturae suae locum · facta
oratione positus est ad patres suos · tam extraneus a dolore mortis quam a corruptione
carnis inuenitur alienus. Tamen post omnes euangelium scripsit · & hoc
uirgini debebatur · quorum tamen uel scriptorum tempore dispositio · uel libro
rum ordinatio · Ideo per singula nobis non exponitur · ut scienti desiderio con
locatio · Et quaerentibus fructus laboris & dō magisterii doctrina seruetur AMEN

EXPLICIT ARGUMENTUM ·

INCIPIUNT CAPITULA ·

·I· PHARISAEORUM LEVITAE INTERROGANTI IOHANNE IOHANNES
ihm uidens agnum dicit · Et andreas petro dicit · inuenimus messiam ·

·II· IHS AD CAENAM DE AQUA VINUM FECIT · DE TEMPLO
nummolarios eicit · soluite hoc templum dicens · Nicodemo loquitur · De baptismo & de aliis multis ·

·III· IHS IN IUDAEA BAPTIZAT ET IOHANNES IN ENON ·
quique dixit xpm crescere se autem minorari ·

·IIII· IHS CUM MULIERE SAMARITANA LOQUITUR · PROPHETAM
in patria sua sine honore non habere esse dicit · Et reguli filium a morte resuscitat ·

·V· APUD NATATORIAM BETHSAIDAM
triginta octo annorum infirmitatem hominis sanat · Addicit · scrutamini scripturas ·
Et si crederetis moysi · crederetis forsitan & mihi ·

·VI· DE QUINQUE PANIBUS ET DUOBUS PISCIBUS · ET QUOD EUM REGEM
facere uoluerunt · ihs supra mare ambulat · Et de manna & pane caelesti loquitur ·